

UM
RUM
E
EINZIA
UM



DIVITIARUM
EVANGELICARVM

Disquisitio Tertia

PRÆSIDE

CHRISTIANO GUEINZIO

Gymnasii Hallensis

Rectore.


Respondente

AUGUSTO HAUSMANNO

Hitzakarensi Lunæburgico

Dominica III. Adventus

M DC XLVI.



HALLIS SAXONUM

Prelo Heredum Melchioris Oel-

schlegelij.

EVANGELIARUM
DITIA RUM

~~Dissertatio~~

PRÆFATIO

CHRISTIANO GUEINZIO

Germani Hallensis

Rectore

Respondens

AUGUSTO HALLSMANNO

Magistro Lincburgico

Dominico III. Adventus

MDCCXIII.


~~CHRISTIANO GUEINZIO~~

HALLIS SAXONUM

Triclinio Scholæ

scripsit





ANALYSIS
EVANGELII
DOMINICA TERTIA AD-
VENTUS

Matth. II. à v. 2. usq. ad II.

Prooemium



Uemadmodum 4. Reg. 2.

*17. Elisæus discipul9 Elie, Prophe-
tas alios per montes & sylvas per-
misit investigare Eliam raptum
in cœlum: non quod de ejus raptu*

*dubitaret; sed ut, eo non reperto, illi crederent:
Sic Jobannes demonstraturus Messiam venis-
se promissum, non ut se informaret, sed di-
scipulos suos equè ablegat, ne amplius ipsi du-
bitarent. Id quod decetur in hodierno Evan-
gelio.*

C

THE-

THESIS I.

IN quo partim Johannis quæsitum, cujus ostenditur ab Effectibus partim occasionis narratio, v. 2. In quo subjectum, Johannes, qui tanquam præcursor præmissus erat & tanquam phosphorus solem præcedebat: uti enim in prima creatione lucem obscuriorem præmisit antequam clarissimum Solis jubar mundo illucescere faceret. Gen. 1. v. 19. Sic in secunda creatione Johannem Baptistam velut obscuriorem faculam prælucere fecit antequam Solem justitiæ Malach. 4. v. 2. Orientem ex alto Luc. 1. 78. splendere. Quod ipse innuit Job: 5. 35. ille enim tantum Judæam prædicatione sua peragravit, Christus Job. 8. 12. totum mundum irradiavit.

2. Et prædicatum, quod habet partim in genere causam externam nempe quod audiverit. Non quod ignoraret, ut qui antè ipsum baptizaverat, sed ut nos informaret audiendum prius esse antequam quid tentemus.

3. Et loci circumstantiam tum quod in carcere: non quidem ob maleficium cum magnum sit ejus elogium Matth. 11. 10. primarius in choro virginum, in choro Martyrum, in choro Prophetarum: uti Chrysolog ipsum nominat Schola virtutum, vita magisterium, sancti-
tatis

eatis forma, iustitia norma, virginitatis specu-
 lum, pudicitia testimonium, castitatis exem-
 plum. Sed propter veritatis testimonium dum
 incestuosum Herodem infanticida Ascalonite
 filium propter Herodiadem conjugem fratris
 sui Philippi, vel vivi uti Chrysoſt: in Homilia
 48. in Matthæum, vel mortui, uti mavult Ter-
 tullianus lib. 4. contra Marcionem culpave-
 rat secundum Deuteronomii 22, 22. Leviticæ
 18. 16. & 20. 21. mandatum. Ita nempe pii mo-
 rentur vincula, uti Josephus expertus Gen: 39,
 20. Petrus Act. 12. 4. cum deberent premia,

4. b) specie tum objectum; & sunt facta
 Christi: non uti habet Rud. Ardens, à re-
 velante Spiritu tantum, sed quia in libera cu-
 stodia audierat, licet vinculus, quod Syrus in-
 nuit qui beth asire domum vincitorum nomi-
 nat, quemadmodum & Matth. 14. 3. custodia
 vocatur, in quali etiam Paulus Festum docuit
 Act. 26. Atq; ita non destituitur solatio dum
 facta Christi audit, potissimum proximum, ubi
 suscitaverat filium vidue in Nain, Luc. 7, 17.

5. Tum effectum, quod miserit duos di-
 scipulos: quos antea, uti in Luca Syrus habet,
 convocavit; & quidem non omnes, sed duos.
 quos forsan faciliores ad credendum ceteris pu-
 tabat; & qui simpliciter absq; suspitione inter-

40
rogari possent, & rebus ipsis discere quantum
intersit inter Christum, & Iohannem Hiero-
nym: in Homil, 6, in Matthæum. Clemens
Alexandrinus Silam & Carpum vocat; alii
Andream Simonis Petri fratrem. Sed parum
refert qui fuerint; tantum observandum in ar-
duis religionis Articulis & questionibus iudi-
cium non esse sumendum, ex preconceptis opi-
nionibus, sed consulendum esse os Domini, quod
Pater ipse cœlestis promulgavit, dum clama-
vit, Hunc audite, Matth. 3. 16. Agitabatur e-
nim tunc temporis questio: An Christus, an Io-
hannes sit Messias? ut ergo informaret tan-
quam fidelis Præceptor, duos, cum in ore eo-
rum verum consistat Deut. 19, 15. Matth. 18.
16, ablegavit ad Magistrum, quò audirent &
ab ipso verum Prophetiarum vaticiniorum
sensum discerent: ut discamus æquè nostros ab-
legare.

6, Partim legationis informatio, v. 3. In
quo efficiens causa, quod dixerit illi: nempe
Iohannes Christo: quia enim erant in hac erro-
nea opinione quasi Iohannes esset Messias, in-
struit illos, ut hanc opinionem ipsis eximeret:
non, ut Tertullianus de Baptismo c. 10. Tom,
3. & lib. 4. contra Marcionem c. 8. ac si ipse
dubitasset; neq; ut Justinus Martyr, c. 38. An
aliquis

41

aliquis alius; neq³, ut Hieron. in 12. Matth. & Epist. 151. ad Algasium, *utrum mortem sic perpeffurus? neq³, ut Gregor. Hom: 6. numz ad inferos sit descensurus? Si quidem Iohannes venit instruct⁹ virtute Luc. 1. 16. agnovit in matris utero Luc. 1. 41 Fuit confirmatus Spiritus sancti lapsu de caelo Ioh. 1. 33. illi testimonium in Iordane perhibuerat Matth. 3. 14. De limbo non poterat dubitare, quia limbum non noverat Chrysoft. Hom. 37. in Matth. Tomo 3. Ille ergo finis fuit quare dixerit illi, nempe Christo per discipulos.*

7. Tum instructionis forma, qua proponitur propositione disjunctiva, cuius antecedens: Tunc es qui venturus es? Syrus habet, qui venturus erat: in Græco habetur per Enallagen temporis $\sigma\upsilon\ \epsilon\acute{\iota}\ \delta\ \epsilon\pi\chi\omicron\mu\epsilon\nu$ sive veniens. quippe qui alias ita nominabatur: & respicitur ad promissionem Iudæis à Deo factam, ubi dicitur Gen. 49. 10. venturus Psal. 40. 9. Hag. 2. 8. Mal. 3. 1. imo ipsi Iudæi de- scribunt Messiam Ioh. 6. 14. Ergo per venturum nullus alius intelligitur quàm ipse Christus: ut quem Propheta prædixerant, Patriarcha adumbrarant, secula desiderarant.

8. Consequens, aut alius expectand⁹? ubi per $\epsilon\tau\epsilon\pi\omicron\upsilon\ \iota\delta\epsilon$ denotatur quod per $\alpha\lambda\lambda\omicron\upsilon\tau$: ut ostē-

deret nullum alium esse quàm eum ipsum: quo
ita errantes discipulos in viam revocaret igno-
rantiamq; quasi suam pretendebat, sicuti &
Paulus in vinculis fecit ad Ephes. 4. 1. ad Phi-
lipp: 1. 7, quò alios doceret. Ita & pii parentes &
fidei doctores, & solliciti rerum pub. rectores
facere tenentur.

9. Sequitur Christi responsum, in quo
quoad legatos, ubi ab effectis eisdem do-
cendo, & est visorum & auditorum renun-
ciatio v. 4. in quo partim mandatum, eum ut
eant: propterea enim missi, non ut maneat: Er-
go expedienda sunt commissa. Et renuncient,
quia internuncii erant, uti & alias ministri
nuncii vocantur.

10. Partim causatum, quæ tum vident,
tum audiunt, ut advertamus Domini solerti-
am, quæ se supra famulorum prudentiam ex-
tollit: re, non oratione dat responsa: nec, inquit
Basilii Seleuciensis Orat. 34. brevius illis
nec planius intimari valuit fidei certitudo: cito
enim persuadetur, quod stupetur, & creditur
quod ostenditur. Bernh. serm. 59. in Canti-
cum. Et quidem putat Clemens Alexandri-
nus prius referendum ad Prophetarum vati-
cinium, posterius ad Christi complementum se-
cundum, Ps. 48. 9. Quamvis etiam de presen-
ti

43.

re uti *Matth.* loquitur rectè intelligatur; ut
Lucas, qui in praterito, ad initium respicit. Si-
quidè non sunt statim discipuli dimissi, sed de-
renti ad presentem actum, dum illa hora sana-
vit multos: quo eò solidius informarentur: Su-
bitanea enim institutio est, ut *Iona* hede-
va dum una nocte fit, & una nocte perit, *Ion.* 4.
10. Sic ergò *Christus* ostendit non verba, sed fa-
cta coronanda esse, ut demonstremus fidem se-
cundum *Iac.* 2, 18. Illi enim sunt veri *Christia-
ni*, qui mandata faciunt, *Luc.* 6. 46.

II. Et ad miracula provocatio. v. 5. In quo
enumeratio per distributionem objecto-
rum, tum quoad visa, quorum alia sunt mi-
nora. Et vel quoad partem, tum quod cæci
videant, ubi per *Catachresin* *Synechdochi* can-
non formaliter tales intelliguntur, sed materia-
liter, qui antea tales fuerunt *Iob.* 9. 16. *Matth.*
26. 6. Ut ita responderit per argumenta desum-
pta ab effectu secundum Prophetam *Esa.* 35. 5.
& 61. & 2, ubi cæci premittuntur, quia *Lu-
cas* dicit eos valde multos fuisse, quibus visus
datus; & quia hic sensus omnium prestantis-
simus, & quia ab initio mundi nemo fuerit pra-
ter *Christum*, qui cæcis natis visum restitue-
rit *Iob.* 9. 32. Vbi etiam ἰὸ ἀναβλέπειν pro sim-
plici videre rectè usurpatur seu suspicere, quia

illerecipere visum dici non potest, qui visum nunquam habuit, quales hi fuerunt visum vero restituit, quia illuminator mundi Ioh. 1. 9. promotor ad lucem Col. 1. 12. per verbum quod lucerna, Ps 119. 105.

12. Tum, quod claudi ambulent, ut leti incedant ad monitum Esaiæ, ubi dicitur, claudus ut cervus erit. Et si spiritualiter quoque interpretari soleant Doctores, tamen ut monet Tertullianus de resurrectione carnis, c. 21. simpliciter intelligenda sunt: nec enim in omnibus forma allegorici & Prophetici eloquii. Alias etiam dirigit pedes nostros in viam pacis, Luc 1. 79.

15. Tum quoad totum, & quod leprosi mudentur. Fuit enim lepra tam abominabilis & incurabilis, ut nemo nisi peculiariter sit ab ea liberatus; Christus vero multos sanavit, imo à lepra peccati omnes, 1. Ioh. 1. 7. Apoc. 1. 5.

14. Et quod surdi audiant: In Esaiæ muti ponuntur, quorum lingua sit jubilatura, sub quibus surdi subintelliguntur, dum uterque defectus in plerumque concurrat. Et aperit corda nostra & aures nostras, ut audiamus quæ loquatur, Ps. 85. 9.

15. Alia sunt majora, quod mortui excitentur: quemadmodum tota historia Evangelica

gelica testatur, unde & cives Nahemitici ex resurrectione mortui Christum pro vera Messia agnoscunt, Ioh. 7. 31. ut qui imperium in mortem habet, Ose. 13. 14.

16. Quoad audita quod pauperes evangelizentur. uti Apostoli fuerunt, & Paulus ipse 1. Cor. 1. 26. Licet etiam passive possit intelligi, quia per pauperes hic non tantum intelliguntur mendici & egeni, sed & pauperes spiritu. Unde Esa. 61. 1. ponitur vocabulum *Anavim mansueti sive miseri*.

17. Et verè miraculum est vel maximum quod miseris peccatoribus promittitur & datur regnum cœlorum. Hoc tamen propriè Messia signum Evangelium predicare pauperibus, Esa. 61. 1. Luc. 4. v. 18 Unde & Syrus dicit pauperes Evangelii nuntium accipiunt. Sive igitur pauperes spiritu, vel opibus pauperes intelligantur, nulla, inquit Hieron. lib. 2. in Matth. est inter nobiles & ignobiles, inter divites & egenos in predicatione prestantia; hoc Magistri rigorem, preceptoris comprobatur veritatem, quando omnis apud eum, qui salvari potest equalis est, neq; in Evangelio externam debemus querere felicitatem.

18. Tum monendo per Epiphonema ubi scandali evitatio v. 6. In quo consequens

C s

quod

quod ille beatus nempe eternum, non temporaliter, cum per multas tribulationes oporteat nos ingredi in regnum caelorum, Act. 14. 22.

19. Antecedens, quisquis non scandalizatus. Quò non respicit ipsum Iohannem, sed, ut loquitur Hieronymus, nuncios. Verè enim Iohannis discipuli erant offensi, dum Christi persona pro fabri filio habebatur Matth. 13. 15. Baptista verò erat sacerdotis Zachariae filius Luc. 1. 13. Tum Christi patria, quae erat Nazareth contemptum oppidulum, Ioh. 1. 46. Baptista verò Hebron praecipua civitas Iudaeae, Luc. 1. 40. Inde ostendit non esse sibi occultas cogitationes, ideoq; eos mordet, inquit Chrysost. Hom. 37. in Matth. ne propter miraculorum multitudinem creduli abscederent, ut habet Basilus Seleuciensis Orat. 34. Beatos ergò professus est, quorum fidei nihil detrimenti afferret crux & vilitas.

20. Intelligitur verò h. l. non scandalum datum, sed acceptum, uti Syrus expressit, dum inquit qui non impegerit in me. Nemo ergo propter vilem sortem contemnat Dei cohortem, 1. Cor. 4. 9.

21. Sic quoad legatos, sequitur quoad populos: per encomium Iohannis partim negativè, & est laudatio desumpta ab acciden-

den-

dente contrario. Ubi constantia Iohannis
 commendatio v. 7. In quo partim circum-
 stantia tum temporis, ab euntibus illis, nem-
 pe Iohannis discipulis, quae commendatio nihil
 presentibus profuisset cum illi alias auctoritate
 Baptismi nimium addicti essent. Ne ergo mul-
 tudo putaret, inquit Chrylost. dicto loco, as-
 sentatiunculis Iohannis Christum velificari,

22. Tum personarum, quarum alia effici-
 ens ut Iesus quod uti magnum, ita veritatis in-
 dicium cum in ore eius nunquam inventus dolo.

Alia materia, & sunt tum turbae, quia pro-
 cul dubio ob interrogationem Iohannis suspica-
 bantur, ac si carcere ac miseria victus de Christo
 dubitare cepisset: quod etiam per arundinem
 innuitur uti Chrylost. ita interpretatur, tum
 Iohannes, quem excusabat & commendabat:
 ut discamus dona Dei in sanctis non esse dissi-
 mulanda, sed praedicanda.

23. Tum commendationis forma, quae
 per Apostrophen & communicationem Rhetor-
 ricam & Prosopoeiam per similitudinem
 sumptam ab eorum ordine proponitur. In ge-
 nere quid exiistis in desertum ut videretis?
 quo tamen non probatur consuetudo loca san-
 cta visendi; neque enim propterea exiit omnis
 turba, cum audiendi gratia, Matth. 3. 6. neque
 Chri-

Christus probabat, sed increpabat Iudeos. Et verè desertum quidem appellatum cum per id mundus intelligatur, qui incultus & sterilis, uti habet Ambrosius lib. 5. in Lucam c. 7. in quo habitatio Dei nulla, uti loquitur Hilar, in can. 2. Matth.

24. In specie argumento ab accidente dissimili. Num arundinem vento agitatum? Est enim arundo lubricitatis & ariditatis nota. Reg. 14. 15. Esa. 36. 6. Ezech. 28. 6. Ideoq; suaviter ab omni falsa suspitione ipsos removes & pro Iohanne respondet, ostendens non ipsum esse mutatum secundum Chrylolum, ut sic increpantis affectus. Innuit ergo interrogatio negationem quò discamus constantiam.

25. Et vera humiliatio v. 8. Argumento desumpto à proprio, quoad morum severitatem. In quo interrogatio, in genere, sed quid existis videre? quod repetit, & propterea fortius stringit. In specie, hominem mollibus vestibus vestitum? quæ apud Lucam dicuntur *indotæ*, quibus illustres & magnifici utuntur. Aludat enim ad vestitum Iohannis & ad statum; ille horridus, hic solitarius, dum in eremo, dum in carcere. Et responsio, quod mollia gestantes sint in domibus regum. Sunt autem mollia indumenta delictiosi actus & mo-

res:

res: qua forma vestium deformitatis mentium
 indicium Bernh. lib. 3. de confid. in fine. *Ve-*
discamus in luxu & studio vestium esse pecca-
rum, non quidem per se cum & Ioseph & Salo-
mon & Daniel & Esther elegantioribus usi, sed
ex accidente quatenus nimirum luxus acce-
dit, & levis animus, uti habet Cyrill. lib. 2.
Thef. dum eos, quos corporis cura ornat ne-
quaquam coelestis aula suscipit, uti habet Am-
brof lib. 5. in Lucam c. 7. Alias inquit Rudol-
Ardens. Scio sub purpura Deo plures placuis-
se, & contra sub sacco displicuisse, ideoq; ma-
gnus ille vere est quem nec saccus dejicit, nec
purpura extollit.

26. Affirmativè argumento desumpto
 ab accidente, dono nempe Prophetico, per com-
 parationem minorum tum cum Prophetis
 comparatio. In quo interrogatio in genere
 iterum, sed quid existis videre? ubi per Ana-
 phoran tertium repetit eandem interrogatio-
 nem, quo vehementius illos ipsos redargueret.

Et in specie, Num Prophetam? primari-
 um enim erat in Iudais quod speraverant Io-
 hannem Prophetam esse. Et Responsio quod
 præstantior Prophetam. Et verè quidem, quia
 Prophetae longe ante prænuñciaverant, Iohan-
 nes demonstraverat inquit August. tract. 4.
 in

in Iohannem. Et quia multi cupierant videre, quem iste baptizaverat, uti habet Ambr. lib. 5. in Lucam. Et quid aliis obtigit, quod in Iohanne non obvenerit? cum Mose locutus de Messia venturo, cum Iohanne de presenti, Matt. 3. 13. Elias vidit ignem ex caelo delabi, Iohannes Spiritum Sanctum; Jeremias dicitur, electus in utero, Iohannes in matris alvo, Spiritum S. repletus. Ut discamus ministerium N. T. longè præstantius quam V. T. Sacerdotium.

27. Et Prophetiæ consummatio v. 10. ab argumento desumpto ab Accidente singulari. In quo Prophetiæ applicatio; ipse enim est de quo scriptum. Quo demonstraret omnino majorem esse Prophetam quia propinquior erat Christo inquit Chrysostomus. Ac quemadmodum majore in dignitate hi sunt, qui proximè regibus deambulantibus ornantur: Sic & Iohannes in ipso adventu constitutus majore gratia fulsit. Discimus etiam eum scriptura loquendum, dum scripturam allegat.

28. Et Prophetiæ allegatio nempe ex Mal. 3. 11. in qua à fine per illustrationem Metaphoricam dicitur Angelus ante faciem paraturus viam, ubi quidem in Malachia de se loquitur Christus, in Mattheo autem introducit Deus Pater de filio locutus. Non enim per Ange-

gelum Christus intelligitur, sed Iohannes ratione officii. Recte enim qui supremum iudicem nunciare mittitur Angelus vocatur, ut dignitatem servet in nomine, quam explet in operatione, ut habet Greg. 6, super Evang. Et additur quod sic preparaturus viam, nempe in Baptismo servi preparatur à Domino. Ut discamus ministri Ecclesie officium esse Domino viam parare concione legis terrendo, & predicatione Evangelij erigendo.

NOTÆ.

I.

A Blegabat Iohannes ad Christum) considera Iohannem vincetum non de sua liberatione, sed discipulorum informatione sollicitum esse: ut discas in afflictionibus nihil de consuetis officiis esse detrabendum, & cum per nos non possimus, tamen per alios ea curemus.

II.

Jesus respondit) Considera Christum non fateri palam, sed provocare ad opera: ut discas non verbis, sed factis te commendare.

A Beuntibus illis) Considera Christum non laudasse Johannem coram discipulis ut notam effugeret adulantis: ut discas coram improbis prudenter & parce de piis loqui, ne ansam calumniandi arripiant.

CASVS CONSCIENTIÆ

An exprobanda peccata magnatibus?

Molles Eceboli negant: & propterea Johannem incarceratum jure nugantur, ac si crimen commisit lese majestatis, dum publicè exprobravit incestum Herodi. Videntur LL. ita disponere cum
non

93
non debeamus dicere Papa quid facis nec
quis auctoritatem Principis minuere, aut
contemptim de eo loqui debet Angel. in l.
fin. ff. ad l. Jul. Majest. Lucan. in tract.
de fisco & ejus privilegiis par. 2. n. 24.
Conrad. in Pract. crim. tit. de injuriis
n. 24. Verum 1. postularit officium Jo-
hannis, ut quia concionator aulicus Marc.
6. v. 20. quo scelera; inter qua incestus vel
maximum, exprobarit secundum illud: dic
& liberaſti animam. 2. Spiritus sanctus ar-
guit mundum de peccato, Job. 16. v. 8. &
3. modestè fecit, non contemptim, siquidem
tantum dixit: tu non rectè facis Marc. 6.
18. qui habes uxorem sororis. Crimen igitur
non est, nedum læsa majestatis, quum
mandata facimus divina nec verbis nudis
committitur crimē læsa majestatis: quam-
vis etiam maledicta in principem jacta
forent l. 1. C. si quis imperatori maledi-
xerit: ubi satis humaniter & prudenter
loquitur: si quis nescius modestiæ &
pudoris ignarus improbo, petulantiq;
maledicto nomina nostra (imperatoris)
cre-

54
crediderit lacefcenda ac remulencia tur-
bat & obrectator temporū fuit: eum pœna
nolumus & subjugari, neq; durum aliquod, ne
asperum volumus fufcinere, quoniam fi ex
levitate procefferit contemnendum eft;
fi ex infania miferatione digniffimum;
fi ab injuria, remittendum: ex personis
tamen hominum dicta penfamus. Id quod
verò de Johanne ne cogitandum qui-
dem cum fuerit Spiritus fancto plenus. A-
lias quando magiftratui aliquid exproba-
tur fit non quâ magiftratus, fed quâ vitia
commifit: Ita & Nathan arguit Davi-
dem ob adulteriū 2. Sam. 12. & fi verò que-
dam, que contra officium perpetrantur,
tunc prudentia opus, an fiat ex injuria
temporum, & tunc non eft reprebenden-
dum; an ex incuria & violentia, talis eft
caftiganda, uti Moſes Pharaonem,
Eſaias & Jeremias Nabochadonoſorem,
Elias Achabum reprehendit, ſic Lutherus
in commentario in Habac. Tom. 3. Je-
nenſi Germ. fol. 230. inquit, nemo ma-
gis eft in culpa, quod tanta injuſtitia in
[ter-

55

terris quàm magistratus, eum ejus offi-
cii sit non modo punire injustitiam, quod
non ille non modo non facit, sed & ipse ini-
quitate subditos premit. Cavendum ta-
men ne reverentia, quæ magistratui debe-
betur, minuatur: ideoq; gradus admonitio-
num sunt adhibendi secundum mandatum
Christi Matth. 18. Bald. in Cas. conscientie
L. 4. c. 7. Cas. 6. Quod jus Canonicum
concernit primo nos non probamus: nec ta-
men hoc vult: Si quidem tantum c: si Papa
distinct. 40. dicit quod presumatur nul-
lum redarguturum illum. Aliàs iniquum
ipsum dicit, de alio judicare velle, & de se
judicari nolle c: ini: 32. q. 6. nec debet uti
potestate absoluta Innocent: in c: innotuit
de Elect. committens simoniam non mi-
nus, quàm alij, peccat Cardin. in C. de
Sim. qui & deponi debet de jure Canonico
si hereticus Gloss. in c. ad Apost. de sent.
& Re. jud. in. 6.

An mollia gestare vestimenta deceat?

Quum deceat aulicos, quid Dei mini-
stris cum talibus? Vanum cor vani-
tatis notam ingerit corpori, & exterior su-
per-

56
perfluitas est, habet Bernh. in Apol. ad
Guiliel. Abbat. unde & pœnas gravissi-
mas Dominus minatur iis, qui vestibum ad
superbiam ab utuntur. Es. 3, 16. Ez. 27, 4.
Quid igitur superbis ô cinis? Sir. 10, 9. Do-
ctores etiam volunt, ut unusquisq; suam
vestem habeat, secundum consuetudinem
l. 3. §. 3. proinde ff. de rem verso & se-
cundum ordinem & dignitatem l. 15. §. 2.
sufficienter ff. de usu fruct. tot tit. C. de
vestibus holoberis & auratis, ubi habe-
tur l. 1. auratas ac sericas paragaudas, au-
ro intextas viriles, privatis usibus conte-
xere conficereq; prohibemus. Unde non le-
vi animadversione plectitur quisquis veti-
to se & indebito non abdicaverit indu-
mento l. 2. ibid. Debitum autem est qui
quemq; decet ordinem ex l. ult. ff. de se-
nat. Bonifac. in sua arte de Cenni, p. i.
c. 49. Tit. de vestimentis. Sed notan-
dum Johannem ob id novo amictu usum,
quia doctrinam de Messia à se ostensuro unâ
cum novo Sacramento proponebat, rigidio-
ri hoc amictu. judæorum oculos eò magis
in se convertere & ad audiendum se allicere
voluisse, Bald. in C. conf. lib. 4. c. 1. c. 6.

~~~~~



**O**conomus bonus ille domus sacraria  
nosse

Quisq<sub>2</sub> docet, melior, quisq<sub>3</sub> patere fa-  
cit.

Sic & Iohannes Messiam noscere discant

Legat quaesitum, venerit anne secum?

Christus ait: caeci capiunt sua lumina, claudi

Subsiliunt, mutis ora diserta fluunt.

Auro valent surdi, lepra cedit, morte resur-  
gunt.

Ac Evangelium paupera turba docet.

Talia Iohanni curat dum verba referri,

Verum Messiam se simul esse probat.

Insimul & quis sit Iohannes pluribus infit:

Quod nec mollis homo, quod nec arundo le-  
vis:

Angelus at Domini, simul atq<sub>3</sub> Propheta, Pro-  
pheta

Omni major, iter qui paret ipse Deo.

Ac cui, carcer habet quamquam retinetur ca-  
tasta

Veletænum, cœlum, Phœbus & Orcus erat.

HAVSMANNVS repetit disquirere. Pergat!  
eritq<sub>2</sub>

Oconomus, mystes, incola, praco Dei.

ita testatur &

optat

GUEINZIUS

RESPONDENTI

Φιλευσεβεί καὶ Φιλομαθεῖ.

S.

**D**IVITIAS multi sed confectantur inanes,

quos cepit flavi vana cupido luti.

Sed curvæ in terras animæ terestria captant,

Illectæ pedicis, pessime Plute, tuis.

Tu verè sectaris opes, HAUSMANNE perennes.

quas spondet pietas, sistit & alma fides.

Ergò EVANGELICAS pòst perge revol-  
vere GAZAS,

Dives eris numis, Numina plenus eris.

benivola mente

vovet

M. Frid. Cahlenus, Poët. Cæs.

Gymn, Conrector.

---

**A**Nxia perpetuis animo dispellere curas  
Plausibus ambiguas nunc age turba soli.  
Qui venturus erat Christus per facta patescis  
advenisse. Pius hunc cape quisq; modis!

Dives opum: fessas firmat solamine mentes,

Reddū & cunctis corpora salva malis.

Cæcū docet HAUSMANNVS Bene! Sic

ostendere Christum

Perstet, eris magnus vit super xde Dei!

Andreas Alexandri,

02 A 572  
(1/2)

ULB Halle 3  
003 808 483



VΦ 17




EVANG.

CHRIST.

HALL.

Q2.C





Farbkarte #13

B.I.G.

|      |      |       |        |     |         |       |         |       |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|
| Blue | Cyan | Green | Yellow | Red | Magenta | White | 3/Color | Black |
|------|------|-------|--------|-----|---------|-------|---------|-------|

ARUM  
**LICARVM**  
*o Tertia*  
 IDE  
**GUEINZIO**  
*Hallensis*  
 re.  
*ente*  
**USMANNO**  
*inæburgico*  
*. Adventus*  
 LVI.  
 ONUM  
*elchioris Oel*